

illo magno, quod בלשכת הגזית in oonclavi caesi lapidis positum erat, aequae ac in minoribus eodem modo ac ordine in tribus subselliis coram ASSESSORIBVS confedisse: attamen ueritati non absimile esse uideatur, ob similitudinem minorum Synedrionum cum summo Hierosolymitano, illos in Synedrio magno, quum imprimis de crimine quodam capitali ageretur, praesentes fuisse; num autem e singulari reuerentia erga SENIORES steterint, an quodam ordine confederint, expressis uerbis a Iudaeorum MAGISTRIS memoriae proditum fuisse non reperiemus. Missis itaque CANDIDATIS, quibus codex SANHEDRIN i) ne-

H 2

cessita-

huc unum e coetu, atque illum collocabant in locum ordinis ultimi illi conuenientem; hic ergo in fine ordinis huius erat, et omnes alter alteri ratione loci sui procedebant, ita, ut minimus Synedrionum maximus inter omnes tres ordines euaderet, minimus uero ordinis primi reliquis duobus ordinibus maior, et infimus denique alterius ordinis in ultimo ordine supremus esset. Propterea, quia in primo capite docetur, in urbe, in qua non sunt centum et uiginti uiri, non constitui debet Synedrium quoddam; sufficit quod ibi sunt quatuor uicibus uiginti tres et decem otiosi, domus congregationis, i. e. Synagogae, et duo scribae forenses, quorum alter a dextra, alter autem a sinistra coram illis stat, unus calamo excipit uerba absoluentium, et secundus ea, quae condemnantes proferunt memoriae prodit, duo custodes, et duo aduocati; duoque testes nec non duo testes falsi, qui possent dare falsum testimonium, porro duo, qui hos falsi testimonii lati conuincere possent, tandem duo collectores eleemosynae, praeterea adhuc unus, ut essent tres qui distribuere eleemosynas, et medicus, id est circumcisor, et chirurgus, id est uenaeselector, libellarius, paedagogus hi sunt centum et uiginti.

i) Capite V. §. 4. 5. fol. 187. col. 2. ואחר כך מכניסין את השני ובודקין אותו אם נמצאו דבריהם מכוונין פותחין בזכות אמר אחר מן העדים יש לו לומר עליו זכות או אחר מן התלמידים יש לו לומר עליו חובה משתוקן אותו אמר אחר מן התלמידים יש לו לומר עליו זכות מעלין אותו ומשיבין אותו ביניהן

ולא